



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

II. De calumniatoribus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

omnes denunciare possunt. §. Hæc intelli- 10  
 de de denunciatione judiciali, de qua agitur  
 in l. 6. §. pen. D. ad Turpil. & l. 7. C. de  
 accusat. Alia est denunciatio Christiana, sive  
 Evangelica, quæ fit ad emendationem & bo-  
 num animæ, ut cum mulier occultum mari-  
 tum adulterium sacerdoti denunciat. ij. q. i. c. si  
 peccav. 18. & xxxij. q. 5. c. ult. Alia est de-  
 nunciatio canonica, ad impediendum, ne  
 quid illicitum fiat: veluti si quis denunci-  
 et eos, qui matrimonium contrahere volunt,  
 esse in gradu prohibito. Sup. desponsal. c. cum  
 tua. 27. & de despons. impub. cap. ad dissol-  
 vend. 13. & de clandest. despons. c. ult. §. No- 11  
 quod accusationem legitima debet præ-  
 dere inscriptio, qua accusator se subjicit  
 pena talionis nisi crimen peregerit: denun-  
 ciationem charitativa monitio, ut denuncia-  
 tus se corrigere possit, antequam denuncie-  
 tur: inquisitionem clamosa insinuatio, ne  
 temere in aliquem innocentem inquiratur,  
 cui de crimine non sit diffamatus. d. c. qua-  
 ter 24. in fin. Hæc dicta sint de accusatio-  
 ne, inquisitione, & denunciatione.

### II. De calumniatoribus.

Sequitur, ut varia criminum seu delictorum  
 genera explicemus. Est autem crimen vel  
 proprium accusatoris seu deferentis crimen,  
 vel proprium accusati sive denunciati, vel  
 utriusque commune. Accusatoris & denun-



2 ciantis proprium delictum est calumnia. Calumniator accipitur tribus modis, quos posui *D. h. t.* sed hic calumniator accipitur *ut in t. D. ad senatusconsult. Turpill.* qui falsa crimina sciens intendit. Hic calumnia notatur. *ij. q. 3. c. 1.* & regulariter talionis afficitur, id est, ea quæ reo imposita fuisset, si crimen probatum fuisset. *ca. 4. § 3. & q. 8. c. 3. & 4.* ut etiam jure civili vetur, sicuti docui. *ad t. D. ad senatusconsult. Turpill.* Subdiaconus autem calumniosus, accusans diaconum, officio subdiaconatus privatur, & verberibus publice castigatus in exilium mittitur. *cap. 1.* Denunciator vero, si probatione criminis deficiens, ab officio suspenditur, donec ostenderit non calumniandi animo ad denunciationem processisse. *c. 2.*

*III. De simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur.*

1 SEquuntur crimina, quæ accusato sine denunciato objiciuntur. Hæc vel sunt contra primam, vel contra secundam tabulam decalogi. §. Contra primam tabulam septem crimina; quorum primum est simonia, cujus definitio in posteriori hujus tractatus parte indicatur. Simonia namque est crimen, quod tunc admittitur, cum aliquid pro